| 958B | Caradrius | Christus namque erat homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ascendendo.<br>Est **avis albicolor** quae caradrius vocatur, per quam aeger utrum evadere possit probatur. Adducta enim ad aegrum, **si moriturus erit faciem ab eo avertit**; si vero victurus visum in eum fortiter dirigit et infigit; hianti ore aegritudinem ab eo bibit, in altum contra radium solis volat, infirmitas hausta de eo exudat, aeger sospitate exultat. **Caradrius albus est Christus de Virgine natus.** Hic ad aegrum adducitur dum a Patre ad infirmum genus humanum mittitur; qui faciem suam a Judaeis avertit [Col.0958C] eosque in morte reliquit | Est volatile quod dicitur caladrius. De hoc scriptum est in Deuteronomio (Deut. 14, 18): 'Non manducandum.' Phisiologus dicit de hoc, quia **totus albus est**, nullam partem habens nigram. Cuius interior femur curat caliginem oculorum. Istud in atriis regum invenitur. Si quis autem est in egritudine constitutus, per hunc<br>caladrium cognoscitur, **si vivet an morietur**. Si enim est infirmitas hominis ad mortem, mox, ut viderit infirmum, avertit faciem suam ab eo, et omnes cognoscunt, quia moriturus est. Si autem infirmitas eius non pertingit ad mortem, intendit faciem eius caladrius et assumit omnes infirmitates eius infra se et volat in aera solis<br>et comburit infirmitates eius et dispergit eas et sanatur infirmus.<br>**Caladrius igitur personam accepit Nostri Salvatoris.** Totos est Candidus Dominus Noster nullam habens nigri[tu]dinem , sicut ipse<br>testatus est (Joh. 14, 30): 'Venit ad me princeps huius | Caladrius is not in Isidore's *Etymologiae*<br>HA plays on the bird averting its face to compare to Christ turning away from his persecutors. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | | mundi et in me non in venit quicquam;' 'qui peccatum quippe non fecit, nec in-<br>ventus est dolus in ore eius' (1. Pet. 2, 22). Venit autem de excelsis celis suis ad infirmum populum Iudeorum : ille avertit faciem suam ab eis propter incredulitatem eorum. Convertit se ad nos gentes, tollens infirmitates nostras, et peccata nostra<br>(Ps. 53, 4) | |
| IN PENTECOSTEN.<br>[Col.0959]<br>962C | VII naturis columbae | ***De* VII *naturis columbae.***<br>Columba in petra nidificat, quia Spiritus sanctus in Christo corporaliter habitat. . . . Hic etiam super Dominum in columbae specie descendit (Matth. III), quia eum inmunem a peccatis ostendit.<br><br>NOTE: HA new signification | Phisiologus dicit multis ac diversis coloribus esse columbas. Est color sturminus, niger, albus, stephanitus, braggiotus, aerius,<br>cinericius, aurosus, melenus. Rufus est ergo super omnes primus, qui omnes regit, et placat, et cotidie eciam agrestes congregat in columbario suo.<br>Ipse est ergo primus, qui nos precioso sanguine suo redemit et intra unam ecclesie domum de diversis nationibus congregavit. | 61 Columbae dictae, quod earum colla ad singulas conversiones colores mutent; aves mansuetae, et in hominum multitudine conversantes, ac sine felle; quas antiqui Venerias nuncupabant, eo quod nidos frequentant, et osculo amorem concipiant |
| DE SANCTA CAECILIA. Si ejus est ecclesia.<br>[Col.1027] | Margarita | Iterum dicit quod quidam preciosam margaritam invenerit et datis omnibus eam comparaverit (ibid.). Decor **preciosae margaritae** est dulcedo coelestis vitae. . .<br>Sancta Caecilia una de prudentibus virginibus [Col.1028D] fuit quae lampade castitatis splendide fulsit. Et quia Sponso ardente lampade obviavit, ideo jam cum eo ad nuptias aeternae epulationis intravit. Haec pro thesauro emendo omnia vendidit, quia pro Christo adipiscendo se suaque omnia in morte tradidit. Haec margaritam inventam datis omnibus comparavit, quia cunctas carnis illecebras et mundi pompas contemnens dulcedinem coelestis vitae jam gustavit. Haec ut bonus piscis evangelicae sagenae inhaerens in vas est electa, quia de hoc mundo in perhenne gaudium ab angelis est evecta | aperit os suum et suseipit intra se de rore celi et circumfulget eum radiis solis et sie fit intra eum **margarita preciosa** et spiendida valde, quippe que rore celi coneepta est et radio solis clarificata.<br>Lapis ergo iste qui dicitur conchus, figuram gerit Sancte Marie. . .<br>Videte nunc quam inestimabilis sit ista margarita sanctis martiribus, qui non solum cum in hac vita essen t, set etiam post huius vite excessum mira egerunt | HA uses Pearl as a heavenly treasure and gift.<br>**Etym:** Margarita prima candidarum gemmarum, quam inde margaritum aiunt vocatum quod in conchulis maris hoc genus lapidum inveniatur; inest enim in carne cochleae calculus natus, sicut in cerebro piscis lapillus: gignitur autem de caelesti rore, quem certo anni tempore cocleae hauriunt. Ex quibus margaritis quidam uniones vocantur, aptum nomen habentes, quod tantum unus, numquam duo vel plures simul reperiantur.<br>Book XVI Stones and Metals |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| DOMINICA I POST PENTECOSTEN. [Col.1037] | De perdice | [Col.1042B] Est avis perdix nuncupata quae fovet ova ab alia ave furata; postquam pulli exeunt, **audita voce matris ad eam redeunt**. Deus Pater duos primos homines quasi duo ova in nido paradysi posuit; quos perdix diabolus, perditor animarum, furatos fovit dum seductos a Deo omnem maliciam docuit. Qui de testa exeuntes ad matrem reversi sunt quando tunicam peccati excientes [exuentes], ad matrem, scilicet Dei sapientiam Christum, redierunt. | Est uolatile quod dicitur perdix, fraudulentum nimis, sicut dicit sanctus Hieremias propheta de eo: Clamauit perdix et congregauit quae non peperit, faciens sibi diuitias non cum iudicio; in dimidio autem dierum eius relinquent ea, et in nouissimis suis erit stultus. Physiologus dicit satis astutam esse perdicem, quia aliena oua diripiat, hoc est perdicis alterius, et corpore foueat; sed fraudis suae fructum habere non posse, quia cum duxerit pullos alíenos, amittiteos; **quoniam ubi uocem matrís suae audierint,** quae oua generauit, statim euolant et conferunt se ad suos parentes naturales. Quo autem munere atque amore derelicto ille qui incassum in alíenos suos ñmdit labores, et fraudis suae pretio multatur, remanet stultus et solus et inanis. Huius imitator est diabolus, qui generationes creatoris aetemi rapere contendit; et, si quos insipientes et sensus proprii uigore carentes aliquo modo potuerit congregare, fouet eos illecebris corporalibus; at ubi uox Christi audita fuerit a paruulis, sumentes sibi alas spiritales per fidem, euolant et se Christo commendant, qui statim eos potissimo quodam paterno munere et amore sub umbra alarum suarum ipse suscipit, et matri ecclesiae dat nutriendos | HA uses the partridge as the bestiary does to link sinners returning to the Church.<br><br>Etym: 63 Perdix de voce nomen habet, avis dolosa atque inmunda; nam masculus in masculum insurgit, et obliviscitur sexum libido praeceps. Adeo autem fraudulenta, ut alteri ova diripiens foveat; sed fraus fructum non habet: denique dum **pulli propriae vocem genetricis audierint**, naturali quodam instinctu hanc quae fovit relinquunt, et ad eandem quae genuit revertuntur. |
| DOMINICA XI. [Col.1053] 1057A | De vulture | vultur vescitur et denuo revirescere fertur, [Col.1058A] est is de cujus corde luxuria pascitur; et expleta concupiscentia, iterum foeda libido renascitur. In jecore enim est concupiscentia; vultur vero amat **mortuorum cadavera**. | Vulture is not in First family bestiary.<br>Etym: 12 Vultur a volatu tardo nominata putatur: magnitudine quippe corporis praepetes volatus non habet. Harum quasdam dicunt concubitu non misceri, et sine copula concipere et generare; natosque earum paene usque ad centum annos procedere. Vultures autem, sicut et aquilae, **etiam ultra maria cadavera sentiunt**; altius quippe volantes multa, quae montium obscuritate celantur, ex alto illae conspiciunt. | |

# Appendix 12

## Table 12.3: First Family Bestiary Chapters in Order with *Speculum Ecclesiae* Correspondences

| Chapter No. in Bestiary | Animal from First family Bestiary and *Speculum Ecclesiae PL* refs | No of Refs in Spec Ecc match to B-Is/toto | Quote [Note tints indicate substantial correlations with First family Bestiary] | Notes Running total of animals mentioned in *Speculum Ecclesiae* |
|---|---|---|---|---|
| **1** | **Leo / Lion** | 12/39 | | 1 |
| | 833D<br>Si ecclesia est in honore S. Johannes [Nativity] | 1-2 of 12 | Per leonis figuram Marcus monstratur, a quo Christus a mortuis ut leo resuscitatus memoratur | These lion refs are in bestiary order.<br>(Tercia natura). Cum leena parit catulum, generat eum mortuum<br>et custodit eum mortuum tribus diebus, donec veniens pater eins<br>die tercio insufflet in faciem eius et vivificet eum. Sic omnipotens pater Dominum Nostrum Iesum Christum filium suum tercia die suscitavit a mortuis, dicente Iacob (4. Mos. 24, 9) |
| | 915C<br>Dominica in Palmis | | **Leo, fortissimus bestiarum**, perlustrat nemora silvarum; cauda sua terram designat, quam designationem omnis bestia transire formidat. Deinde impetu facto rugiens in silvam irruit, et terrore ejus pavefactas bestias lacerans disrumpit.<br>Per leonem Antichristus intelligitur, cujus potentiae fortitudo omnes reges supergreditur. Et sicut leo silvam circuit . . . | Proverbs 30:30 (later used in the Second family bestiary.)<br>Compare Hippolytus of Rome (d. ca. 235), *Demonstratio de Christo et antichristo*, ch. 6. 'Now, as our Lord Jesus Christ, who is also God, was prophesied of under the figure of a lion, on account of His royalty and glory, in the same way have the Scriptures also aforetime spoken of Antichrist as a lion, on account of his tyranny and violence. For the deceiver seeks to liken himself in all things to the Son of God. Christ is a lion, so Antichrist is also a lion; Christ is a king, so Antichrist is also a king.' HA draws on Book of Daniel too on S Michael.<br>http://www.earlychristianwritings.com/text/hippolytus-christ.html |
| | 916C | | Draco etiam et leo diabolus appellatur: draco quia per occultas temptaciones | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Dominica in Palmis | | insidiatur; leo quia per manifestas persecutiones subvertere conatur. Draco fuit cum Dominum occulte temptavit; leo exstitit, [Col.0916B] cum eum manifesta persecutione invasit. Sed Dominus leonem et *draconem conculcavit*, cum et temptationem humiliter et persecutionem pacienter toleravit. Unde de temptatione ejus cantamus: Draconem conculcabis; hodie autem de passione; *Libera me de ore leonis*. | |
| | 930A<br>De Paschali Die | 3-4 | Solum, inquam, tartarum amara tristicia afficit, quia hodie fortem leonem fortior leo de tribu Juda vicit, et praedam quam insaciabilis infernus devoravit, ad superos remeans, in coelesti palacio locavit.. . . | Ch. 1: Sic et Salvator Noster „spiritualis leo de tribu. Iuda, radix Iesse, filius David" (Apoc. 5, 5), missus a superno patre, co-operuit intelligentibus vestigia deitatis sue. (Mann, p. 37) |
| | 933D-934A | | Populus Dei ab hostibus olim affligebatur, sed Samson ad eruendum eum per angelum nasciturus praenunciabatur. Qui natus Nazaraeus, id est sanctus vixit, et spiritus fortitudinis opera ejus direxit. Postquam crevit, ad gentem hostium pergens, leonem in via fregit. De cujus cadavere postmodum mel sumpsit, uxorem alienigenam duxit, problema de melle et leone conviviis proposuit, praemium solutoribus spopondit. . .<br>In via leonem confregit, dum ipse via ad vitam in via hujus mortalitatis diabolum, qui tanquam leo rugiens circuit quaerens quem devoret, in [Col.0934B] cruce devicit. Mel de cadavere ejus sumens manducavit, dum dulces electorum animas, quas ille avarus praedo devoravit, de ventre inferi abstrahens sibi incorporavit. | Samson and the lion.<br>B-Is quotes St Peter on lion as figure for the devil in Chapter 21 on the Onager: 'apostolus Petrus de diabolo dicit (1. Petr. 5, 8): „Adversarius noster circuit querens sicut leo quem devoret.' (Mann , p. 54) |
| | 935B-936A<br>De Paschali Die | 5-9 of | Horum figura est nobis quoque expressa in animalium natura. Nam fertur quod leo apertis oculis dormiat, et cauda sua vestigia deleat, ne a venatoribus (fo 152, vo) inveniri queat: ita Dominus Christus, leo de tribu Juda, obdormivit et somnum mortis cepit in humanitate, sed vigilavit divinitate. Mysterium nostrae reparationis carne sic celavit quod [Col.0935C] a daemonibus vel persecutoribus indagari non valuit.<br>Dicitur enim quod leaena catulos suos mortuos fundat, et ipsi ad vocem patris rugientis die tercia surgant: sic triduo Christus, qui in sepulchro jacuit mortuus, die tercia surrexit, Patris voce expergefactus, sicut olim de eo praedixit Jacob patriarcha praecipuus: Juda dormiet ut catulus leonis. Quis suscitabit eum? . . .[Col.0936A] Dominus de tribu Juda ut catulus leonis dormivit, cum tres dies in morte delituit, quem Pater in die tercia suscitavit. | B-Is Chapter 1<br>de cauda sua post tergum cooperit vestigia sua quocumque ierit, ut secutus venator per vestigia eius non inveniat . .. Cum dormierit, oculi eius vigilant . . . Cum leena parit catulum, generat eum mortuum et custodit eum mortuum tribus diebus, donec veniens pater eius die tercio insufflet in faciem eius et vivificet eum. Sic omnipotens pater Dominum Nostrum Iesum Christum filium suum tercia die suscitavit a mortuis (Mann, pp. 37-8) |
| | 941A-B | 10-11 | Hodie, karissimi, sanctum Marcum implorate pro vestris necessitatibus, qui fuit | Sic et Salvator Noster (Mann, p. 37) |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Si populous in Majori Letania confluxerit, sermonem Christus resurgens | | quasi unum de quatuor paradysi fluminibus. Qui formam leonis gerit, quia in deserto hujus mundi vox praedicationis ejus ut leonis personuit. Unde et evangelium ejus in paschali [Col.0941B] die legitur, quia Christus ut leo resurrexisse describitur. | Sic omnipotens pater Dominum Nostrum Iesum Christum filium suum tercia die suscitavit a mortuis (Mann, p. 38) |
| | 958B<br>De Ascensione Domini | 12 | Hoc expressit Ezechiel per quatuor animalia (Ezech. I) quae postmodum vidit Johannes Agnum die ac nocte laudantia (Apoc. IV). Christus namque erat homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ascendendo | Lion breathing life into cubs signifies Christ's resurgence |
| | 1076D<br>Dominica XXIII | | Illo tempore Antichristus regnabit, qui totum orbem diversis modis conturbabit, nam cunctos principes [Col.1076D] sibi per pecuniam attrahit; cum divitibus in occultis, ut leo in insidiis ad decipiendum sedet; clerum per mundanam sapientiam decipiet cum verba contra Altissimum proferet; religiosos signis et prodigiis seducet, quando etiam ignem de coelo descendere faciet; vulgus terrore concutiet, cum maxima persecutio in Christianos saeviet. | HA using Lion as a figure for the opposite of Christ: Antichrist, see Hippolytus of Rome Antichristo, ch. 6. |
| 2 | **Autalops / Antelope** | No matches | | |
| 3 | **Lapide igniferi / Firestones** | No matches | | |
| 4 | **Serra / Sawfish or Sailfish** | No matches | | |
| **5** | **Chelindro / Caladrius / Caradrius** | 3 /3 | | 2 |
| | 810D<br>Chapter incipits | 1 of 3 | XXI. *Elevatus est sol et luna*. Hic habes de triumpho Romanorum regum. De versu psalmi: Benedices coronae anni benignitatis. De ascensionis ejus mysterio. De evangelio: *Recumbentibus undecim discipulis*. De aquilae volatu. De caradrio et ascensionis Domini loco | Convertit se ad nos gentes, tollens infirmitates nostras, et peccata nostra (Ps. 53, 4) portans exaltatus est in ligno crucis. „Ascendens enim in altum, captivam duxit captivitatem nostram, dedit dona hominibus (Eph. 4, 8). Mann, p. 40) |
| | 958B<br>De Ascensione Domino | 2-3 of 3 | Est avis albicolor quae caradrius vocatur, per quam aeger utrum evadere possit probatur. Adducta enim ad aegrum, si moriturus erit faciem ab eo avertit; si vero victurus visum in eum fortiter dirigit et infigit; hianti ore aegritudinem ab eo bibit, in altum contra radium solis volat, infirmitas hausta de eo exudat, aeger sospitate exultat. Caradrius albus est Christus de Virgine natus. Hic ad aegrum adducitur dum a Patre ad infirmum genus humanum mittitur; qui faciem suam a Judaeis avertit [Col.0958C] eosque in morte reliquit, ad nos autem vultum convertens a morte revocavit et infirmitatem nostram crucem subiens ipse portavit, sudorque sanguinis de eo manavit. Deinde in alta coelorum cum carne nostra ad Patrem volavit et perpetuam salutem omnibus donavit. | B-Is Ch. 5, p.40<br>totus albus est. . .<br>Caladrius igitur personam accepit Nostri Salvatoris. |
| **6** | **Pelicano / Pellicanus / Pelican** | 3 / 3 | | 3 |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | 810B<br>Chapter incipit | 1 of 3 | XIX. Haec est dies quam fecit Dominus. Hic habes laudes, salutem, sequentiam, evangelium Maria Magdalena. Item de Josepho, de Samson historia et ejus significat mystica; de leonis, de foenicis natura. (fo 4) De versu: Quis est iste qui venit de Edom. Item de pellicano, et de patrum quodam praecipuo in fornum (sic) lapso et reparato. | |
| | 936C<br>De Paschali Die | 2-3 of 3 | Fertur etiam quod pellicanus in tantum pullos suos diligat, ut eos unguibus interimat. Tercia vero die prae dolore se ipsum laceret et sanguis de latere ejus (fo 154) super pullos distillans eos a morte excitat. Pellicanus significat Dominum qui sic dilexit mundum ut pro eo daret Filium suum unigenitum, quem tercia die victorem mortis excitavit et super omne nomen exaltavit. | Tercia vero die mater eorum pereuciens costam suam aperit latus suum et ineumbit super pullos et effundit sanguinem suum super corpora filiorum suorum mortuorum, et sie sanguine suo suscitat eos a mortuis. Ita et Dominus Noster Iesus Christus. . . (Mann, p. 41) |
| 7 | **Nicticorax / Night Owl** | No matches | | |
| **8** | **Aquila / Eagle** | 10 /13 | | 4 |
| | 808A<br>Chapter V incipit | 1 of 10 | V. Descendi in hortum nucum. In hoc invenies de Madianitis et de Gedeone et de circumcisione, et quid haec omnia significent. Item de aquila senescente et de vita sancti Basilii. | |
| | 808D<br>Chapter IX incipit | 2 of 10 | IX. Venite, filii, audite me. In hoc invenies generales admonitiones ad sacerdotes, ad judices, ad divites, ad pauperes, ad milites, ad mercatores, ad [Col.0809A] rusticos, ad conjugatos; et de aquila; et praeter haec multa bona exemplaria. | |
| | 810D<br>Chapter XXI incipit | 3 of 10 | XXI. Elevatus est sol et luna. Hic habes de triumpho Romanorum regum. De versu psalmi: Benedices coronae anni benignitatis. De ascensionis ejus mysterio. De evangelio: Recumbentibus undecim discipulis. De aquilae volatu. De caradrio et ascensionis Domini loco. | |
| | 812B<br>Chapter XXVII incipit | | XXVII. Radix Jesse qui stat in signum populorum. ... De S. Clemente. Ibi invenitur de ejus patre et matre et filiis ejus Niceta et Aquila. | |
| | 833D<br>Si ecclesia est in honore sancti Johannis, ista sit vox de eo praedicantis | 4 of 10 | Per aquilae similitudinem Johannes declaratur, a quo Christus in gloriam Patris convolasse manifestatur | |
| | 842C<br>In octavis Domini rarius debes sermonem facere, ne vilescat, et ut verbum Dei parcius dictum auditoribus | 5 of 10 | Et ut in Christo per omnia innovemur, per aves etiam edocemur. Dicitur quod aquilae senescenti cornu oris in tantum incurvetur ut etiam usu edendi privetur; quae hoc sentiens tandiu ad petram acuit donec curvitas illa prosilit et sic ad esum recuperatur et denuo ejus juventus innovatur. Sic nos, karissimi, cum in flagitiis senescimus, et ab esu vitae deficimus, debemus per confessionem ad | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | dulcescat. Pro tempore quoque debes aliquando sermonem breviare, aliquando vero prolongare. | | petram Christum currere, et per poenitentiam duritiam maliciae nostrae acuere, et tunc in nobis illa juventus per gratiam renovatur quae nobis in baptismate per Spiritum sanctum dabatur. | |
| | 869A-B<br>Sermo generalis: de cojugatos | 6-7 of 10 | Aquila pullos suos contra radium solis ungue suspendit; qui irreverberato visu jubar solis intendit, **[Col.0869B]** huic curam pastus ut proprio partui impendit; qui vero visum a sole deflectit, hunc de adulterio alterio [alterius?] aquilae conceptum deprehendit, pastum ei subtrahit, de nido ut alienum ejicit. Ita Christus pastum sui corporis illi non impendit, de nido paradysi repellit, qui inmundicia luxuriae sordescit. | |
| | 873A<br>Dominica in Quinquagesima | | Heae sunt geminae alae quibus sancti ad coelestia sublevantur, sicut propheta testatur. Sument, inquit, sancti pennas ut aquilae et volabunt (Prov. XXIII). Sicut ergo avis sine duabus alis se non valet in aera sublevare, ita nullus potest sine duobus mandatis ad coelestia transvolare. Ideo [Col.0873B] et in duabus tabulis erant scripta decem legis praecepta. | |
| | 888A<br>Dominica II in Quadeagesima | 8 of 10 | Nam legitur quod aquila senescens a pullis suis pascatur usque dum in pristinam juventutem renascatur.<br>Similiter fertur quod merops, senescens, a pullis suis nutriatur. Cyconia quoque, senectute gravata et plumis nudata, a pullis alis circumvelatur et cibo assiduo recreatur. Et si talia exercent volucres, quanto magis decet ut ea exempleant homines? Elemosinis redimite vos a peccatorum et poenarum periculo | |
| | 958A<br>De Ascensione Domini | 9-10 of 10 | Hujus sacri diei festa sunt nobis etiam per aves expressa. Aquila omnibus avibus altius volat et in ipsum radium solis oculorum aciem vibrat; cum vero pullos suos ad volandum provocat, super eos volitans et alas suas expandens, in remigium alarum suarum assumit, ad volandum instruit; sic Christus omnibus sanctis sublimius alta coelorum penetravit dum cum Pater prae omnibus angelis in dextera (fo 180) sua exaltavit. Hic alas crucis super nos expandit, a daemonibus defendit, de duro servicio assumens in filios adoptavit, atque in humeris suis ut ovem perditam ad gregem reportavit; super nos volitavit, ad volandum provocavit, quando aethera scandens nos membra ejus bonis operibus sequi se caput demonstravit. [Col.0958B] Hoc expressit Ezechiel per quatuor animalia (Ezech. I) quae postmodum vidit Johannes Agnum die ac nocte laudantia (Apoc. IV). Christus namque erat homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ascendendo. | |
| | 1029D | | Porro Niceta et Aquila fratres ejus tunc nominati erant, a Symone Mago seducti | Refers to brothers Niceta and Aquila who |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | S. Clemente | | et ejus magisterio discipuli introducti. Cum autem Symon Magus publica disputatione Petri esset conclusus, profugissetque confusus, ipsi, relicto Symone, Petro adhaerent atque baptizati veram fidem omnibus tenent. | spurned Simon Magus to follow St Clement |
| **9** | **Foenicis / Fenix / Phoenix** | 4/4 | | 5 |
| | 810B<br>Chapter XIX incipit | 1 of 4 | XIX. *Haec est dies quam fecit Dominus.* Hic habes laudes, salutem, sequentiam, evangelium *Maria Magdalena.* Item de Josepho, de Samson historia et ejus significat mystica; de leonis, de foenicis natura. (f° 4) De versu: *Quis est iste qui venit de Edom.* Item de pellicano, et de patrum quodam praecipuo in fornum (*sic*) lapso et reparato. | |
| | 936 A-C<br>De Pascali Die | 2-4 of 4 | Hoc quia futurum erat Deus olim per aves etiam expresserat. Foenix namque ultra quingentos annos vivit, et tunc sarmenta de odoriferis arboribus in nidum suum colligit, percussisque alis ab ardore solis incenditur, in nido comburitur, tercia die in prioris aviculae formam restituitur. Foenix dicitur rubeus, et est Christus de quo dicitur: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? (Isa. [Col.0936B] LXIII). Edom, quod dicitur rufus, est Esau appellatus, propter rufum pulmentum quo a fratre suo Jacob est cibatus. A quo dicta est regia Idumaea, in qua caput regni erat civitas Bosra? In hac Job regnavit, qui sua infirmitate Christi passionem praefiguravit. Christus de Edom venit, dum a gentibus passus, caro ejus sanguine rubuit. Vestis ejus in Bosra tinguitur, dum in Hierusalem, quae caput regni fuit, vestis ejus sanguine aspergitur. Hic ut foenix sarmenta odoriferarum arborum in nidum collegit, dum scriptis prophetarum Hierusalem implevit. Eisdem vero sarmentis in nido comburitur, dum secundum dicta prophetarum in Hierusalem in igne passionis consumitur. Tercia die avis reparatur, [Col.0936C] quia Christus tercia die suscitatur a Patre. | De hac dicit Phisiologus, quia expletis quingentis annis vite sue intrat in<br>lignis libani et replet utrasque alas diversis aromatibus.<br>[Fenix, arabie avis, dicta, quod colorem feniceum habeat, vel<br>quod sit in toto orbe singularis et unica. Nam arabes singularem<br>et unicam fenicem vocant. Hec quingentis et ultra annis vivens,<br>dum se viderit senuisse, collectis aromatum (fol. 135 b 1) virgultis<br>rogum sibi instruit et conversa ad radium solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit, sieque iterum de cineribus suis resurgit.]<br>(Mann, p. 43, Is. *Etymologiae*)<br>Edom is mentioned in *Columbis* , p. 66 |
| **10** | **Huppupa / Epopa / Hoopoe** | No matches | | |
| **11** | **Formica / Ant / Minute animals** | 1 | | |
| | 892B<br>Dominica Tercia | 1 of 1 | Ut ad hanc haereditatem proprios labores summopere [Col.0892B] tendamus, oportet ut de minutis vermiculis exempla sumamus.<br>**Formica** etenim tota aestate totis viribus laborat, quo cibum in hieme habeat. Ita nos, karissimi, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes (Gal. VI), quia tempore suo vitam aeternam proinde tenemus. | Formica Ch 11<br>Neither bees nor silkworms nor spiders in First family bestiary but from Etymologiae |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | | **Apis** quoque de variis floribus colligit et nectar ad dulcem potum et ceram ad lumen construit. Ita nos de scriptis et exemplis sanctorum dulcia verba et facta colligamus, et pocula praedicationis proximis praebeamus, ut lumen aeternae vitae habeamus. **Bombices** etiam vermiculi sericum magno studio elaborant et mundum prae omni decore exornant. Ita [Col.0892C] nos animas nostras decoribus (sic) actibus ornemus, ut cum Rege gloriae regnemus. **Aranea** quoque toto annisu telae insudat, ut etiam vitam in laborando exuat; ita nos vestes virtutum per bonam operationem, dum vacat, contexamus, ut non nudi, sed vestiti (II Cor. V) in die Domini coram angelis appareamus. Et ut pietas Domini in mentibus nostris dulcescat, karissimi, de salvatione Thaïdis dulcorem capiat. | |
| **12** | **Sirene / Syrenes / Sirens** | 1 of 4 | | 6 (No onocentaurs) |
| | 808B<br>Chapter VIII incipit | 1 of 5 | VIII. Lapidem caliginis, etc. In hoc invenies de visione et sacrificio Abrahae et de eorum significatione. Item de visione in uno lecto dormientium, et molentium, et agrum colentium, et eorum mysterium. Item de peregrinatione, et captivitate, et reversione Judaica, et de eorum interpretatione mystica. Item de tribus Sirenibus et earum significatione. Insuper lectionem evangelii de LXX expositum (sic). Postea de S. Sebastiano, de [Col.0808C] S. Agnete, de S. Vincentio, de S. Paulo, de S. Blasio, de S. Agatha. | Ch 12 Siren a figure for duplicity like the Ononcentaur |
| | 855B<br>[Dominica in Septuagesima] Haec saepius intermisce sermonibus tuis. Nam hujuscemodi verbis eis fastidium tollis. | 2 of 5 | Saeculi sapientes scribunt [Col.0855D] tres Syrenes in insula maris (fo 54) fuisse et suavissimam cantilenam diversis modis cecinisse. Una quippe voce, altera tybia, tercia lyra canebant. Haec habebant facies mulierum, ungues et alas volucrum. Omnes naves praetereuntes suavitate cantus sistebant, nautas somno oppressos lacerabant, naves salo inmergebant. Cumque quidam dux Ulixes necesse haberet ibi praeternavigare, jussit se ad malum navis ligare, sociis autem cum cera aures obdurare, et sic periculum illaesus evasit et eas fluctibus submersit. Haec sunt, karissimi, mystica, quamvis per inimicos Christi scripta. Per mare istud saeculum intellegitur quod continuis tribulationum procellis volvitur. Insula est mundi gaudium quod crebis doloribus intercipitur, sicut litus crebris [Col.0856B] undis inpetitur. Tres syrenes, quae suavi cantu navigantes demulcendo in somnium vertunt, sunt tres delectationes quae corda hominum ad vicia molliunt et in somnium mortis ducunt. Quae humana voce cantat est avaricia, quae suis auditoribus hujuscemodi modulatur carmina. Multa oportet te congregare, [Col.0856C] ut possis famam nominis tui ubique dilatare, sepulchrum quoque Domini et alia loca visitare, ecclesias restaurare, pauperes et consanguineos tuos adjuvare. Tali pestifero cantu cor avari demulcet usque dum eum sopor mortis opprimet: et tunc carnem ejus lacerat, navim fluctus devorat, | HA compares Sirens attracting ships to the rocks, to women who wreck the ship of the Church by sinfulness |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | | quia hic miser violenter doloribus a divitiis suis evellitur et aeternae flammae inmergitur. Quae canit tybia est jactantia, quae suis haec profert cantica: Juvenis es et nobilis, debes te praeclarum exhibere universis. Nulli inimicorum tuorum debes parcere, sed omnes quibus praevalere potueris occidere. Tunc dicunt te bonum militem esse. Alia canit haec: Hierosolimam debes pergere, multas eleemosinas tribuere. Tunc fies famosus et ab omnibus diceris bonus. Conversis [Col.0856D] autem concinit sic: . . . Facies habebant mulierum quia nil ita mentem hominis a Deo alienat quam amor mulierum. Alas habebant [Col.0857A] volucrum, quia semper est instabile desiderium mundanorum; nam nunc hoc vel hoc appetunt; nunc vero illud et illud concupiscunt. Ungues etiam habebant volucrum, quia quos ad peccata protrahunt, doloribus lacerantes, ad inferni cruciatus rapiunt. Ulixes dicitur Sapiens. Hic illaesus praeternavigat, quia Christianus populus vere sapiens in navi Ecclesiae mare hujus saeculi superenatat. Timore Dei se ad arborem navis, id est ad crucem Christi, ligat; sociis cera, id est Incarnatione Christi, auditum obsigillat, ut a viciis et concupiscentiis cor avertant et sola coelestia appetant. Syrenes submerguntur, quia concupiscentiae ab eis vigore spiritus praemunitur. Ipsi illaesi evadunt periculum, quia per victoriam ad sanctorum perveniunt gaudiorum [gaudia]. | |
| | In Annunciatione S Mariae | 5 of 5 | Ecce Maria, quae aliquando cantu **syrenarum** illecta diu naufragium pertulit, tandem emergens, per stellam maris periculum evasit et portum salutis attigit. Hanc maris stellam omnes qui praeviam secuti sunt ad portum salutis applicuerunt. | Mary as antidote to Sirens guiding ship to safety |
| **13** | **Ericius / Herinaceo / Hedgehog** | 2 | | |
| | 859A<br>De S. Sebastiano | | Beatus vero Sebastianus cum de primis imperatoris amicis esset et [Col.0859A] multos ad martyrium corroborasset, a paganis comprehenditur, ydolis immolare compellitur; quo renuente, jussu imperatoris in campo ad stipitem ligatur, a militibus sagittatur. Qui cum velut **ericius** esset sagittis repletus, relinquitur in campo semivivus. Postea convalescens Christum publice praedicavit, et tunc tamdiu fustibus caeditur donec spiritum exhalavit. | Mann Ch. 13<br>Refers to Saint’s martyrdom by arrows |
| | 938A-B<br>[Paschali]<br>Haec in octavo vel in qualibet | | Est belua corcodrillus nomine, vicenorum pedum in longitudine. Haec interdiu in aquis, nocte vero moratur in terris. Praetereuntes invadit, lacerat, devorat; in sole aperto ore dormiens recubat. Est et alia bestia nomine enidrus spinis repleta [Col.0938B] velut ericius. | HA has mixed up enidrus Hydrus who is swallowed by the crocodile (Ch 19) and ericius (Ch. 13) the hedgehog |
| **14** | **Ibice / Ibis** | No matches | | |
| **15** | **Vulpe / Vulpis / Fox** | 1 | | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | 934A<br>De Paschali Die | 1 of 1 | Porro cum ipse in patriam ad patrem et matrem revertitur, uxor ab alio corrumpitur, quod ipse reversus **vulpibus** et igne ulciscitur (Judic. XIII-XVI). | Mann Ch. 15 |
| **16** | **Monocero / Unicorn** | 3 | | 7 |
| | 807A<br>Chapter I incipit<br>Nativity | | I. Laetentur coeli, de nativitate Domini, in quo invenies de purpureo circulo circa solem, et quod brutum animal humana voce sit locutum; et evangelium Exiit edictum expositum. De fonte olei qui Romae erupit et in Tiberim cucurrit. Item quid significet quod hodie celebrantur tres missae. De unicorni, de sancta Anastasia et Eugenia. | Mann Ch. 16 |
| | 819A<br>Hic fac finem si velis. Si autem tempus permittt added haec [Nativity] | 2 of 3 | Ysaac est Christus, qui dicitur gaudium, qui est plenum gaudium fidelium. Hanc omnes prophetae multis modis praedixerunt. Hanc etiam ipsae bestiae futuram figuris expresserunt. **Unicornis** dicitur bestia uno tantum [Col.0819B] cornu ferocissima; ad quam capiendam virgo puella in campum ponitur, ad quam veniens, et se in gremio ejus reclinans, capitur. Per bestiam hanc Christus exprimitur, per cornu ejus insuperabilis fortitudo exprimitur. Qui in uterum Virginis se reclinans captus est a venatoribus, id est in humana forma inventus est a suis amatoribus. | |
| | 847A-B<br>De Epiphania Domini | 3 of 3 | Stella quae de Jacob orta fulsit est Christus qui de genere Israel mundo illuxit, cujus virtus ut **unicornis** fuit; qui omnia obstantia cornu supprimit, quia Christus principatus [Col.0847B] et potestates mundi cornibus crucis perdomuit, et jam dudum cuncta regna suo imperio subdidit. Puellae ornatae cum quibus populus fornicatur et ad ydolatriam inclinatur, sunt pompae et illecebrae mundi quibus populus irretitur et diabolico cultui subjicitur | |
| **17** | **Castor / Beaver** | No matches | | |
| **18** | **Hiena / Hyena** | No matches | | |
| **19** | **Hydrus / Idrus / Hydra** | 2 | | 8 |
| | 810C<br>Chapter XX incipit | 1 of 2 | XX. Christus resurgens. Hic habes de eptacephalo dracone, de corcodrillo, de **enidro**. | Mann Ch. 19 on Hydrus |
| | 938A-B<br>Haec in octavo [Paschali] | 2 of 2 | Est belua **corcodrillus** nomine, vicenorum pedum in longitudine. Haec interdiu in aquis, nocte vero moratur in terris. Praetereuntes invadit, lacerat, devorat; in sole aperto ore dormiens recubat. Est et alia bestia nomine **enidrus** spinis repleta [Col.0938B] velut ericius. Haec luto se involvens apertum os corcodrilli ingreditur, moxque ab eo deglutitur. Quae cuncta interna ejus spinis terebrat, et enecata bestia viva remeat.<br>Per corcodrillum diabolus declaratur, quia ante Christi adventum in fluxis cordibus gentilium, nunc autem in aridis mentibus Judaeorum versatur. Hic praetereuntes devorat, quia cunctos ante Christi passionem obeuntes ad tartara | |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
